INDEX LECTIONUM

AUSPICIIS

AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

GUILELMI

GERMANORUM IMPERATORIS, BORUSSORUM REGIS

IN

ACADEMIA

THEOLOGICA ET PHILOSOPHICA MONASTERIENSI

PER MENSES HIBERNOS A. MDCCCLXXIII—IV.

INDE A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

PRAEMISSA EST P. LANGENI QUAESTIUNCULA GRAMMATICA.



MONASTERII GUESTPHALORUM

EX TYPOGRAPHIA ACADEMICA ASCHENDORFFIANA.

Auctoritate

RECTORIS ET SENATUS

Civibus S. D.

PETRUS LANGEN,
litter. latin. Prof. P. O.

Accuratissimae Ritschelii disputationi de *illius istius nullius ipsius unius solius utrius* genetivorum prosodia conscriptae, quam inseruit opusculorum philologicorum tomo alteri inde a p. 678, pauca addenda mihi videntur, quibus sententia Ritschelii paullum immutata mediam inter *illius* et *illi*, *istius* et *isti* genetivos formam apud poetas scaenicos in usu fuisse demonstratur. *Illius istius* ceteras eiusmodi formas et paenultima producta et eadem correpta apud Plautum et Terentium inveniri, a viro illo doctissimo certis argumentis comprobatum esse puto neque assentior Muellero, qui in „prosodia Plautina“ p. 342 de correpta paenultima dubitationem movere conatus est. Sed in hac re a Ritschelio dissentiendum videtur, quod ille etiam tribrachi mensuram *istius* et *illius* genetivos apud poetas scaenicos aequare potuisse contendit; nam ex eis, quae idem Muellerus inde a p. 281 disputavit, apparet, syllabas positione proprie longas ab illis poetis non corripi solere, si sub ictu positae sint. Neque vero hoc ratione caret, si quidem constat, plane aliam esse causam positionis in fine vocabulorum quam

in medio neglectae. Etenim quotiens vocabula, qualia sunt *simul apud amat,* quamquam sequente consonanti posteriore syllaba correpta efferuntur, hoc tenui ultimae consonantis pronuntiatione fieri et Ritschelius in Musei Rhen. tomo XIV et Bergkius in indice lect. Hal. anni MDCCCLVIII satis luculenter docuerunt; contra in mediis vocabulis correptio syllabae positione longae efficitur celerrima et tenuissima vocalis pronuntiatione, quae tollitur, simulatque et ictum et accentum vocalis recipit. In universum recte de hac ratione disseruit Corssenus in libri qui inscribitur „Aussprache Vokalismus etc.“ tomi II p. 624 sqq., sed nonnulla huius viri disputationi addenda esse video. Primum falso contendit, posse etiam sub ictu interdum priorem syllabam *ille* pronominis corripi; certe ea exempla, quae ipse p. 625 ad correptionem probandam affert, partim etiam aliis difficultatibus laborant, partim omnino falsa sunt. Falso scandit Corssenus Mil. 1075, Pseud. 924, 954, Asin. 288; ex mutatione demum Hermanni prosodia a nobis improbata orta est Bacch. 952; Trin. 672 aliis ex causis a Fleckeiseno et Brixio suppositicius habetur; Bacch. denique 950 Ritschelius propter aliud vitium emendavit. Tum animadvertendum, celerem illam vocalis pronuntiationem valde auctam esse universa accentus Latini ratione, qua acuto in antepaenultima posito, ut fieri docuit Corssenus in *quidille quidistic* aliisque eiusmodi locutionibus, ipsa media vocalis in sermone cotidiano omnino facillime evanescebat, de qua re conferatur Corss. l. l. p. 586. Neque ulla est causa, cur cum hoc viro statuamus, prorsus aliam fuisse rationem corripiendi in *quidille* atque in *quidisti* compositis, id tantum concedendum, eis quae de duplicis l literae pronuntiatione Plinius tradidit apud Prisc. 1, 38, H., correptionem syllabae praenultimae pronominis, quod est *ille,* aliquo modo esse adiutam. Quae cum ita sint, si *ille iste* ceterorumque pronominum formae et ictu et accentu in

prima syllaba posito pronuntiabantur, tamen hanc syllabam, quamvis distincte vocalis voce efferretur, corripi potuisse paucis quae in codicibus extant exemplis nobis persuaderi non potest. Quare eam pronuntiationem, quam esse vult Ritschelius p. 682, ut et antepaenultima et paenultima syllaba corripiatur ictu in antepaenultima posito, velut Epid. III, 4, 11: *suas pugnas, de illius ore fiunt sordidae,* vel. Merc. 657: *adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit* vel Phorm. 969: *non hercle ex re istius me instigasti, Demipho,* facere non possum, quin improbem. Ab altera vero parte Ritschelius prorsus recte negat, in his versibus *illius* et *istius* formas dactylum efficere posse, neque probabile est, quod Muellerus proposuit l. l. p. 341, *illjus* interdum dictum esse, ut i consonans existeret: verissime enim Ritschelius talem i literae pronuntiationem paucissimis eisdemque certis vocabulis exceptis a versuum iambicorum et trochaicorum severitate exclusit solis anapaesticis ea licentia reservata. Quid igitur faciendum? Bene hercle accidit, quod similes aliorum pronominum formas habemus, de quarum pronuntiatione dubitatio esse non potest. Inter omnes constat *eius huius cuius* genetivos, tum composita, quae sunt *eiusmodi* et *huiusmodi,* saepissime ita legenda esse apud poetas scaenicos, ut illi unam, haec tres syllabas efficiant. Cur igitur genetivos prorsus eodem modo formatos: *illius istius nullius* cet. duabus syllabis *illis istis nullis* pronuntiari non liceat, praesertim cum id multo facilius fieri posse appareat? Quod si statuimus, difficultas omnis, quae inest in versibus quales supra commemorati sunt prorsus tollitur. Praeterea nanciscimur eam formam, quae inter *illius* et rariorem genetivum *illi* sine dubio media fuit, sicuti constat fuisse *quoius* duabus, *quoius* una syllaba pronuntiatum, denique *quoiquoimodi* tribus syllabis s litera finali sublata, de qua forma Ritschelius disputavit l. l. p. 726. In Curculionis igitur versu 716

nihil mutandum, sed legendum: *líbera haec est híc huius frater ést, haec autem* *i l l í s* *soror;* Merc. 51: *i l l i s augerier.* Deinde in eis quattuor versibus, quos affert Ritschelius p. 691: Epid. I, 2, 16: *malim istiusmodi mi amicos furno mersos quam foro;* Most. 746: *patrone salve; nil moror mi istiusmodi clientis;* Merc. 144: *apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quae advenit;* Accii 136: *quanto magis te istiusmodi esse intellego* quamquam potest *i s t i modi* et scriptum et pronuntiatum esse ab antiquis, certe aeque bene procedunt versus, si *i s t i s modi* pronuntiamus quattuor syllabis, plane eodem modo, quo *eiusmodi* saepius tribus syllabis legendum est. Denique Pseud. 1196 pronuntiandum: *quem égo hominem* *n u l l í s* *coloris nóvi: non tu istínc abis.*

Dabam Monasterii Guestf. mense Iunio a MDCCCLXXIII.



LECTIONES

I. ORDINIS THEOLOGORUM.

1. Professorum ordinariorum.

ANTONIUS BERLAGE, Dr., 1. De religionis et ecclesiae christianae indole et origine vere divina disseret ter quaterve per hebd; 2. Introductione in Theologiam dogmaticam praemissa doctrinam de existentia Dei eiusque attributis quinquies per hebd. proponet.

LAURENTIUS REINKE, Dr., 1. Antiquitates biblicas explicabit ter per hebd.; 2. Praemissa introductione vaticinia Messiana in libris historicis V. Test. interpretabitur ter per hebd.

NICOLAUS PUENGEL, Dr., 1. Introductionem in Theologiam pastoralem, postea curae peccatorum pastoralis partem primam docebit ter per hebd.; 2. Curae peccatorum pastoralis partem postremam exponet semel per hebd.; 3. Catecheticam bis per hebd. tractabit.

AUGUSTINUS BISPING, Dr., 1. Evangelium secundum St. Iohannem quater per hebd. interpretabitur; 2. Introductionem generalem et specialem in N. Test. dabit ternis per hebd. horis.

IOSEPHUS SCHWANE, Dr., 1. Theologiae moralis partem generalem docebit ter per hebd.; 2. Theologiam moralem specialem docere perget ter per hebd.; 3. Doctrinam dogmaticam de s. Eucharistia tradet semel per hebd.

2. Professorum extraordinariorum.

FRANCISCUS FRIEDHOFF, Dr., 1. Theologiam moralem senis per hebd. horis; 2. Theologiam dogmaticam senis per hebd. horis tradet; 3. De vocatione ad statum clericalem semel per hebd. disseret.

AUGUSTINUS ROHLING, Dr., Prof. E. design., 1. Introductionem in libros Veteris Testamenti ter per hebd. dabit; 2. Vaticiniorum Messianorum partem primam explicabit ternis per hebd. horis.

3. Privatim docentis.

BERNARDUS FECHTRUP, Lic., Historiae ecclesiasticae partem primam tradet quaternis per hebd. horis.

II. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

1. Professorum ordinariorum.

LAURENT. REINKE, Dr., *publice* 1. Grammatica Hebraica breviter repetita, psalmos Messianos grammatice interpretandos proponet bis per hebd.; 2. Grammaticam Arabicam docebit et Locmani fabulas explicabit bis per hebd.

FRANC. WINIEWSKI, Dr., *publice* Pindari carmina selecta interpretabitur, quater per hebd. hora X.; *privatim* Historiam religionis Graecorum et Romanorum enarrabit, quinquies per hebd. hora XII.

IOS. ROSPATT, Dr., *publice* Historiam imperii Romano-Germanici inde ab exitu Carolorum usque ad obitum Maximiliani I enarrabit quater per hebd.; *privatim* Historiam Graecorum explicabit ter per hebd.

EDUARD. HEIS, Dr., *publice* 1. Astronomiam popularem docebit

bis per hebd. hora IV.; 2. Exercitationes geometricas instituet bis per hebd. hora VIII.; *privatim* 1. Calculi differentialis et integralis partem alteram exponet sexies per hebd. hora IX; 2. Geometriae analyticae partem priorem tradet quater per hebd. hora VIII.

GUIL. HITTORF, Dr., *publice* 1. De Optice semel per hebd.; 2. De calore bis per hebd. disseret; *privatim* Chemiam experimentalem tractabit sexies per hebd.

ANTON. KARSCH, Dr., *publice* Historiam naturalem classicam enarrabit ter per hebd.; *privatim* 1. Anthropologiam exponet ter per hebd.; 2. Phytologiam generalem docebit ter per hebd.

GUIL. STORCK, Dr., *publice* De poesi lyrica theotisca medii aevi disseret bis per hebd.; *privatim* 1. Grammaticam linguae theotiscae saec. IX XI docebit ter per hebd.; 2. Grammaticam linguae Sanscritae tradet ter per hebd.; *privatissime* Exercitationes italicas instituet ter per hebd.

PETR. LANGEN, Dr., *publice* Lucretii de rerum natura carmen interpretabitur ter per hebd; *privatim* Grammaticam latinam docebit quinquies per hebd.

2. Professorum extraordinariorum.

CHRISTOPH. SCHLUETER, Dr., *publice* 1. De philosophia et theologia Dantis Alighierii aget ter per hebd; 2. Historiam philosophiae recentioris aevi inde a Bacone et Cartesio usque ad hoc nostrum tempus enarrabit ter per hebd.

AUG. HOSIUS, Dr., *publice* Petrographiam exponet bis per hebd.; *privatim* Mineralogiae part. I. docebit quater per hebd.

BERNH. NIEHUES, Dr., *publice* Historiam conditionis, quae fuerit inter imperatores et pontifices Romanos aevo quod vocatur medio tra-

det bis per hebd.; *privatim* Historiam Romanam docebit quater per hebd.

GUST. BICKELL, Dr., *publice* 1. Interpretationes hebraicas instituet bis per hebd.; 2. Linguam arabicam docebit bis per hebd.; *privatim* 1. Grammaticam hebraicam tradet ter per hebd; 2. Linguarum indogermanicarum grammaticam comparativam exponet ter per hebd.

THEOD. NITSCHKE, Dr., Prof. E. design., *publice* 1. Botanices selecta capita tradet semel per hebd.; 2. Demonstrationes microscopicas instituet bis per hebd.; *privatim* Repetitorium et examinatorium botanices generalis et specialis instituet ter per hebd.

ADALB. PARMET, Dr., Prof. E. design., *publice* Historiam poesis epicae Graecorum antiquissimae enarrabit ter per hebd.; *privatim* Horati epistolam ad Pisones de arte poetica explicabit ter per hebd.

HERM. LANDOIS, Dr., Prof. E. design., *publice* De Mammalibus disseret ter per hebd.; *privatim* Ornithologiam tractabit ter per hebd.; *privatissime* Histologiam animalium exponet, una cum exercitationibus microscopio composito institutis, ter per hebd.

3. Privatim docentium.

GEORG. HAGEMANN, Dr., *publice* Paedagogicam tradet ter per hebd.; *privatim* 1. Psychologiam docebit quater per hebd.; 2. Logicam et noeticam tractabit quater per hebd.

IOS. NORDHOFF, Dr., *gratis* Vitam et artificia Correggii enarrabit semel per hebd.; *privatim* Historiam cultus victusque medii aevi ter per hebd.

FLORENT. TOURTUAL, Dr., *publice* Exercitationes historicas instituet; 2. Voltaerii librum de Carolo XII. Suecorum rege explicabit

simulque exercitationes in lingua Gallica instituet; *privatim* Historiam rei militaris Borussiae enarrabit.

CAROL. SCHWERING, Dr., *privatim* Theoriam aequationum docebit quinquies per hebd.; *privatissime* Disquisitiones et problemata varia tractabit quater per hebd.

Exercitationes Seminarii philologici.

FRANC. WINIEWSKI, Dr., Hesiodi Opera et Dies Sodalibus interpretanda proponet eorumque scribendi disputandique pericula reget.

PETR. LANGEN, Dr., Secundum carminum Horatianorum librum Sodalibus explicandum proponere perget eorumque disputationes moderabitur.

Doctrinarum Apparatus et Instituta.

Bibliotheca Paulina stato tempore patebit, eiusdemque opes literarum amantibus ex legum praescripto officiosissime dispensabuntur. ***Anagnosterium academicum*** ephemeridum literatarum cognoscendarum opportunitatem intrantibus praebebit. ***Apparatus mathematicus et astronomicus, Apparatus physicus et Laboratorium chemicum, Museum mineralogicum et zoologicum, Collectio anatomica, Hortus*** denique ***botanicus*** naturae studiosis et curiosis lubenter aperientur, qui quidem eos viros, quibus earum rerum demandata est cura, rite adierint.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Significat numerus 1. diem Lunae, 2. diem Martis, 3. diem Mercurii, 4. diem Iovis, 5. diem Veneris, 6. diem Saturni; numeri I, II, III rel. auditoria significant.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
7—8	ROHLING, P. E., Introd. bibl. (1. 2. 3.) Nro. I. Idem, Exegesis (4. 5. 6.) Nro. I.	STORCK, P. O., Grammatica theotisca (1. 3. 5.) Nro. III. Idem, Gramm. ling. italic. (2. 4. 6.) Nro. III.
8—9	BERLAGE, P. O., Theol. Apol. (1. 2. 4. 5.) Nro. II. SCHWANE, P. O., Theol. mor. (p. spec. (1. 2. 4.) Nro. I. FRIEDHOFF, P. E., Moral. special. (1. 2. 4.) Nro. VII.	HEIS, P. O., Geometr. analyt. p. prior. (1. 2. 3. 4.) Aud. math. Idem, Exercitat. math. (5. 6.) Aud. math. KARSCH, P. O., Anthropolog. (1. 2. 3.) Aud. zool. Idem, Phytol. general. (4. 5. 6.) Aud. zool. STORCK, P. O., Gramm. sanscr. (2. 4. 6.) Nro. III. Idem, Poesis lyrica theot. (3. 5.) Nro. III.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
8–9		LANGEN, P. O., Lucret. carm. (1. 2. 5.) Nro. X. NIEHUES, P. E., Hist. Romanorum (3. 4. 6.) Nro. X.
9—10	PUENGEL, P. O., Introd. in Theol. pastor. (1. 3. 5.) Nro. I. Idem, Admin. sacr. Poenitentiae p. II. (6.) Nro. I. Idem, Catechet. (2. 4.) Nro. I. BISPING, P. O., Introd. in N. Testament. (1. 2. 3.) Nro. II. SCHWANE, P. O., Theol. mor. p. gen. (4. 5. 6.) Nro. II. FRIEDHOFF, P. E., Moral. general. (4. 5. 6.) Nro. X.	HEIS, P. O., Calc. diff. et integr. p. alt. (1. 2. 3. 4. 5. 6.) Aud. math. KARSCH, P. O., Hist. nat. class. (4. 5. 6.) Aud. zool. LANGEN, P. O., Horat. carm. in semin. phil. (2. 5.) Nro. III. PARMET, P. E., Horat. a. poet. (1. 2. 3.) Nro. X. HAGEMANN, P. D., Psychologia (1. 2. 4. 5.) Nro. VII. Idem, Logica (3. 6.) Nro. VII.
10—11	BERLAGE, P. O., Theol. dogmatica (1. 2. 3. 4. 5.) Nro. II. FRIEDHOFF, P. E., Dogmatica (1. 2. 3. 4. 5. 6.) Nro. X.	WINIEWSKI, P. O., Pindari carm. sel. (1. 2. 4. 5.) Nro. VII. WINIEWSKI, P. O. et LAN-

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
10—11		GEN, P. O., Semin. philol. disput. (3.) Nro. III. NIEHUES, P. E., Hist. Rom. (6.) Nro. III. LANDOIS, P. E., Ornitholog. (1. 2. 3.) Aud. zool. Idem, De mammalibus (4. 5. 6.) Aud. zool.
11—12	REINKE, P. O., Antiq. bibl. (1. 3. 5.) Nro. II. Idem, Vaticin. Messiana (2. 4. 6.) Nro. II. SCHWANE, P. O., de ss. sacr. Eucharistiae (5. 6.) Nro. I.	ROSPATT, P. O., Histor. Graecorum (1. 3. 5.) Nro. III. HITTORF, P. O., Chemia experim. (3. 5. 6.) Nro. IV. LANGEN, P. O., Gramm. lat. (3. 6.) Aud. zool. SCHLUETER, P. E., Dante (1. 3.) Nro. I. (5.) Aud. zool. NITSCHKE, P. E., Repetitorium et examin. (4. 5. 6.) Nro. X. PARMET, P. E., Hist. poes. ep. Graec. (1. 2. 3.) Nro. X.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
11—12		HAGEMANN, P. D., Logica (1. 4.) Nro. VII. Idem, Paedagog. (2. 5. 6.) Nro. VII.) SCHWERING, P. D., Theoria aequat. (1. 2. 4.) Aud. math.
12—1	FRIEDHOFF, P. E., Vocat. ad st. cleric. (1.) Nro. II. FECHTRUP, P. D., Hist. eccles. pars. I. (2. 3. 5.) Nro. II. (6.) Nro. I.	WINIEWSKI, P. O., Histor. relig. Graec. et Rom. (1. 2. 3. 4. 5.) Nro. I. HITTORF, P. O., Chemia experim. (3. 5. 6.) Nro. IV. Idem, De calore (1. 2.) Nro. IV. NIEHUES, P. E., Hist. cond. inter imp. et pont. Rom. (3. 4.) Nro. III. LANDOIS, P. E., Histolog. animal. una cum exerc. microsc. (1. 2. 4.) Mus. zool. NORDHOFF, P. D., Histor. cult. victusque m. aevi (1. 3. 4.) Aud. zool.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
12—1		TOURTUAL, P. D., Hist. rei milit. Borussiae (2. 4. 6.) Nro. II. SCHWERING, P. D., Theoria aequat. (4.) Aud. math.
3—4	BISPING, P. O., Evangelium sec. Ioh. (1. 2. 3. 5.) Nro. VII.	LANGEN, P. O., Gramm. lat. (1. 2. 5.) Aud. zool. BICKELL, P. E., Gramm. ling. indogerm. comparat. (1. 3. 5.) Nro. III. Idem, Gramm. arabica (2. 6.) Nro. III.
4—5		ROSPATT, P. O, Hist. imp. Romano-german. (1. 2. 4. 5.) Nro. II. HEIS, P. O., Astronomia pop. (2. 4.) Aud. math. SCHLUETER, P. E., Hist. philosoph. rec. aevi (1. 3. 5.) Nro. I.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DISPOSITAE.

Hora.	Theologicae.	Philosophicae.
4—5		BICKELL, P. E., Grammat. hebraica (1. 3. 5.) Nro. III. Idem, Interpret. hebr. (2. 6.) Nro. III. SCHWERING, P. D., Disq. et probl. var. (1. 3.) Aud. math.
5—6		WINIEWSKI, P. O., Hesiodi Opus et D. in semin. philol. (1. 4.) Nro. III. SCHWERING, P. D., Disq. et probl. var. (1. 3.) Aud. math.
6—7		HITTORF, P. O., Optice (1.) Nro. IV. NITSCHKE, P. E., Botanices sel. cap. (6.) Nro. I. SCHWERING, P. D., Theor. aequat. (5.) Aud. math.

HORIS POSTEA INDICANDIS.

REINKE, P. O., Repet. ling. hebr. et interpret. gramm. Psalmorum Mess.

Idem, Gramm. Arabica et interpr. fab. Locmani.

HOSIUS, P. E., Petrographia.

Idem, Mineralogiae p. I.

NITSCHKE, P. E., Demonstrat. microscopicae.

TOURTUAL, P. D., Exercitationes historicae.

Idem, Exercit. Gallicae.

